ſuperiuſ expreſſum eſt, ſecundum importantiam rerum; et quilibet, qui poſſunt ponere ſtatem teneantur in hoc Caſu ponere Partem, et non poſſit de pœnis prędictis, et aliqua earum fieri gratia, donum remiſſio, recompenſatio, permutatio, ſuſpenſio, declaratio, vel revocatio aliqua ſub dicta pena, et ſic procedatur de pena in pęnam uſque in infinitum. Et hęc Comittantur inquirenda, et exequenda Capitibus C. X. reſervato tamen arbitrio Advocatorum Comunis, de ſurgendo loqui in Conſilijs noſtris contra illos, quos intromitent, et placitabant, prout eis videbitur, pro favore jurium noſtri Comunis, et intromiſſionum ſuarum; Et debeat publicari præſens Pars in Conſilio Rogatorum, ut omnibus ſit nota, de ſex, in ſex menſis.

1761. 10. Tre tratta dal Libro primo d.o Oro del M.r C. a pag. 512. T.o eſiſtente nella Cancellaria Secreta p Comando, ed uſo degli Ecc.mi Correttori.

Rivocazione di Sentenze,

del C. X. non si faciano senza il Voto di quelli, che intervennero all' atto di farla

1451. Die 13 Menſis Auguſti.

Cum ſit maximo ſtudio Curandum, quod Proceſſus Condemnationes, actus, et Partes Captę per iſtud Conſilium in damnum, vel in Comodum alicujus non infringantur ita faciliter, ſicut p varios modos ſepe quęſitum eſt, cum diminutione honoris et cum incarico iſtius Conſilii, et pro bono ſtatus noſtri, quęrendum eſt, quod Conſerventur. Et cum mutato C. X., et omnibus Conſiliariis, et advocatoribus Comunis prędictę ſententię, Proceſſus, et Condemnationes, actus, vel Partes, quę ſtrictę ſunt faciliter revocantur, ſuſpendantur, declarentur, vel impediantur cum aliqua nova informatione exquiſita quę datur Conſilio nova quod quidem pro bono noſtri ſtatus eſt conſentiendum, ſed pro omni bono reſpectu, et pro dignitate Conſilii audiendi ſunt illi, qui ad illos actus interfuerunt.

Vadit Pars, quod ſalva Parte Capta in iſto Conſilio 1435 de Menſe Martii ſuper hujuſmodi Proceſſibus non revocandis, et ſalva Parte capta 1445. de Menſe Maij ſuper Proceſſibus legendis Conſilio, et ſal-

viſ